

Stromberg

Bányai Evangélikus Egyházközség.

Protocollum visitatorium
districtus Montani.

Esperesi egyházközség
a Pest-Békési Esperességen,
1741-1742.

Superintendensik által Zö-
lyom, Nagyhont, Nógrád
vármegyében, 1742, 1745,
1798.

95 -
(felső
munka)

Matrica neo-ordinatorum.

1801-1885.

Külföldi akademiáktól
karakter és ifjarság felmentése
a helytartótanács által.
1796-1805.

előrelével. címlével: 5-528., 530.,
532-587., [számtévesztés]

683-791, 791a-f, 792-820. pag.

Beirt paginák:

104, 106-255, 257-263, 265-528, 3, 5-32, 47-81, 83, 85, 87-102,
530, 532-587, 683-791, 791a-f, 792-820.

3

PROTOCOLIUM
VISITATORIUM
DISTRICTVS MONTANI

in quo
*Acta Visitationis Ecclesiarum
Augustano-Evangelicarum
in Indlytis Cōtibus*

*Zoliensi,
Barsiensi,
Nagy-Montensi,
Neogradiensi,
Pesthiensi,
Bekesiensi,*

existentium

in primis circa earum

*Aedificia, Officia et Beneficia
occupata,*

*ab ordinariis Superintendentibus hujus
Dioeceseos,*

*vigore benignae Resolutionis Caesaro-Regiae,
post Annum Dñi 1757 constitutis,*

publica auctoritate successive pacta,

*ad memoriam posterorum
diligenter et fideliter consignata
continentur.*

PROTOCOLLUM
VISITATIONUM
DISTRICtus MONTANI

Abbas Visitatoris Generalis

Thomae de ...

in ...

...

...

...

...

...

...

...

Adhuc in officio ...

...

...

...

...

...

...

...

...

I

VISITATIONES ECCL.

siastica S. R. et Exc. Dñi
SAMVELIS MICHAELIDES,
Districtus Montani, Superinten-
dentis Primi.

B. iste Vir, ætate, virtutibus Theologi-
cis, et meritis in vniuersam, in primis
Nat. Slavica, Ecclesiam, grauis, immor-
talique memoria dignus, toto officii
sui Superint. quod ab A. 1735. ad A.
1740. magna cum laude et fructu ges-
sit, tempore, adnitebatur, vt omnes in
6. Comitatus existentes Ecclesias
sue inspectioni concreditas, adire, et,
pro officii ac conscientie ratione, vi-
sitare, examinare, ordinareque, po-
tuisset. Tanta tamen ei se, domi et
foris, obieiebant impedimenta, vt, ne
ad vicinissimas quidem Ecclesias
progredi, integrum eidem, et consul-
tum fuerit. Quapropter necessari-
um pariter et salutare hoc insti-
tutum non modo suspendi, sed et
pro-

prorsus emanere debuit. Interim quum
 Spect. Dñs, Johannes Podmanický, Ecclē-
 siarum nostratum in partibus Cis- et
 Trans-Tibiscanis præcipuus Inspector et
 Patronus, Visitationem, Saltim remotiorum
 illarum Ecclesiarum, solliute postularet, et
 Dñam Superintendentem, facta liberaliter,
 de omni proficiendi dispositione comō-
 ditate, dispositione, inuitaret; ipse vero in
 persona, etiamnum adsurgere non possit.
 commisit Pl. Rudo Dño Seniori Contuber-
 nii Pesthino-Dehesiensi, Joh. Schmidtio, ut
 loco et vice Sui Visitationem illam susci-
 peret, et iuxta Instructionem Sibi datam,
 decenter perficeret, postea vero Acta illius
 absolute ad se mitteret. Quæ siquidem
 etiam eo tempore haberi non poterant,
 nunc obtenta, sed in fragmentis tantum,
 in memoriam tanti Viri, et usum postero-
 rum, isthuc, primo loco, fideliter inseruntur.

Totum autem negotium etiam Vicarie Gu-
 ius Visitationis susceptum et directum ē,
 sub moderamine, Spectabilis Domini
 Johannis de Rabviny, Supremi
 Districtus istius Montem, seu Mē-
 dii, Inspectoris, quod tamen non
 nisi post beatum eius, et Dñi Super-
 intendentis, obitum, est absolutum.

VISITATIO SENIORA
 lis Ecclesiarum Evangelicarum
 in I. Comitibus, Pesthensi et Béke-
 Siensi, Dei gratia et protectione existen-
 tium, quam ex commissione speciali, Ex-
 quondam et Audm̄i Viri, nunc Beati,
 Dm̄i SAMUELS MACHAEIDES,
 apud Novisolien. Slavica Nat. V. D. M.
 nec non Montani Districtus Superin-
 tendentis, utrobique bene meriti, iuxta
 Instructionem sibi prescriptam, Anno
 1741. et 1742. fideliter peregit, et Sum-
 marie descripsit Johannes Schmid,
 p. t. Eccl̄e Alrodien. V. D. M. et Ven.
 Contubernii Senior.

I. VISITATIO ECCLESIAE CSUVAR.
 Anno 1741. die 15. Junii, peracta.

Ecclesia Patroni et Protectores sunt Evangelici
 ut pote, Spectabilis Dñus Gabriel Pronay, Perill.
 Dñus Adamus Bene, Generosus Dñus Stephanus
 Divéni, Fr̄osus Dñus Samuel Rajtsan, qui omnes
 puram ab aliene Religionis hñibus, et tutam conser-
 vare satagunt.

Templum muratum extra pagum, non valde
 amplum, potius pro Auditoribus loci angustum, re-
 peritur in colliculo sub monte, interne Altari elegan-
 ti exornatum, et variis picturis inscriptionibus per
 choros et parietes.

Campanas sūt duas. Major constat plus quam Centenario, Minor ex libr^o 50. Cōmunitatis sumptibus comparatae sunt.

Circa Templum Cœmeterio carent, sepulchris variorum animalium conculcationi expositis; Ea propter rogati et moniti sunt Auditores, ut ad munditiem pro loco demortuorum conservandam, ad minimum fossā cingerent vel sepe, si facultates deerunt murum procurare.

Calicem habent stanneum capacitatis ad unam mediam cum patella figuris Saxonice eleganter ornata Altaris et Cathedrae antependium paratum est ex Carthun rubicundi coloris floribus distincto. Mantilia reperiuntur 12. nimirum Sericea 4. viridia 2. carulea 2. varii demig coloris 4.

Pastor animarum est Rndus Johān Gosius, qui a 12. annis illi Ecclesie praeest magno cum fructu et laudabili diligentia. Venit in Eccliam Anno 1730 noviter ordinatus, officiumq; exorsus circa Festum Paschatis die Viridium, dum ad Benyensem Eccliam evocaretur, pro efficaciori detentione obtinuit ab Auditoribus Seminatura ampliationem. Filialem nullam habet, nisi quod Predio Penez ex recenti indultu Dñae Benitzkianae subserviat cum stolaribus.

Rector Schola est ab Annis 17. Georg. Piscatoris, vir annosus et in pulvere Scholastico consensescens, utcumq; adhibet diligentiam, pro ratione aetatis. Auditores tamen cuperent recentiore, parati exhibere sustentationem honestam decrepito.

II. VISITATIO ECCLESIAE ACSA die 17. Junii.

Dñus Patronus Ecclesiae Evangelicus Spectabilis
Dñus Gabriel Pronay compossessor Loci D. terrestri
D. Spectabilis Adamus Vaj.

Pastor venit A^o C. 1736 Festo Catharinae.

Antependia Altaris et Cathedrae sunt moderna et quotidiana

tidiana ex Carthun, Dn. Patroni Gabrielis Pronay expen-
sis comparata.

Calices duo, unus argenteus, capacitatis media, ex liberalita-
te Dni Patroni Fabr. Pronay, cum ipsius insigni et nomi-
ne A. C. 1738 donatus; Alter ejusdem quantitatis Stan-
neus et antiquus.

Mantile unum auro circumtextum holosericeum, rosei
coloris; aliud viridis, tertium castanei, cetera vero sunt at-
trita et antiquata.

Campana tres; Major duor^{um} Centenarior^{um} cum dimidio, con-
stitit 80 Imper. Minor ultra Centenarium ponderat. 60 flor.
Minima 30 libris, antiquissima; Sumptibus totius Comuni-
tis comparata.

Organum nullum datur.

Offertorium non nisi unum, Festo Novi Anni.

olim sub Rudo Bulovini et Paulini possessio Kürt fuit
filialis, quorsum solebat Pastor quartis tertia Dnica cum Sa-
cris excurrere.

Rev. loci Samuel Chovan a sex annis praest Ecclesia
nunc Vener. Frater Notarius.

De Pastore ad omnia puncta sunt contenti Auditores, testan-
tes de ejus pura doctrina, et exemplari vita, sed saepe infirmat.

D. Rector est Georg. Piscatoris a medio anno. Juventu-
tem a Syntaxi incipiendo circiter 40. personis constantem h^{ab}.
Promittit D. Rector obedientiam, diligentiam quoad oia puncta.
Introductus in Scholam 25. Jan. Festo Convers. S. Pauli & subse-
quenti tempore manifesta Specimina edidit, quibus diligen-
tiam testabatur.

III. VISITATIO ECCLESIAE TOTI-VYRACK. die 18. Junii.

Dni terrestres sunt, Perill. D. Adamus Bene, Fabri-
el Darvas Evangelici, et Samuel Rajsan, nec non
Michael Karvat. Perill. D. Steph. Egri Reformatus; At
duo possessores sunt ex Statu Romano-Catholico, partim
in Ecclesia, partim extra habitantes.

Calices

Calices inaurati duo cum patellis, unus stanneus al-
ter orichalceus pro aegrotis cum pelvi stannea baptisma-
li. Antependia seu ornamenta altaris tria, holosericeum
rubrum, et duo communia. Antependium Cathedre constat
ex Carthun, mantilia sericea quinque, auro distincta tria.

Reperiuntur campanae 3. Major constat ex duobus Cen-
tenariis et 25 libris recenter fusa, media unius Centena-
rii, ab antiquo hic existens, tertia ex libris 20 constat,
comparatae sunt Communitatis sumptibus. Praeterea turris
et templum noviter tecta sunt. Musicum organum non
datur. Filialis nulla est, sed ad Verbi Divini auditum
concurrunt ex vicinis locis ex Kis-Vitaln et Bottjan.

Pastoris nomen Steph. Pecs, ante duos annos circa
Festum S. Georgii introductus. Offertoria Ecclae sunt tria,
Novi Anni, Corporis Christi, et Michaelis. In Ministerii
functione Ophthalmia multum impedit Pastorem istum.

Rector Scholae est Johan Walaskay a 14 annis intro-
ductus S. Maji. Scholasticos habet paucos, propter officium
Notariatus in Pago, amore in oeconomia, et contractam
a longo tempore docendi remissionem, quae ut emendaret
serio monitus est.

IV. VISITATIO ECCLESIAE DOMOX. die 20. Junii.

Terrestres Domini sunt: Familia Kando, P. Dominus Joseph
et Steph. Fratres cum matre vidua. Antependium Alta-
ris est mappa variegata, et Cathedra ex Carthun.

Calices duo sunt: deauratus unus, constans in parte su-
periori ex argento, inferiori ex Cupro, capacitatis duorum
poculorum cum deaurata patella, ab Anno 1737 comparatus
ex oblatione Benefactorum, Rhen. fl. 17. Alter stanneus ad
unam mediam ab Anno 1718. Mantilia holosericea sex di-
versi coloris.

Templum est lapideum parvum ad ipsam viam erectum
Campana major constat ex Cent. 2, minor ex libris 80 sum-
ptibus Communitatis.

Filia,

11.

Filiales Ecclesie sunt Zido et Jklad, quibus solis stolaribus inservit sine concionibus. Marsupium Dnicale uti in aliis Ecclesiis, ita et in hanc est introductum ac receptum.

Offertoria pro Ecclesia sunt tria: In Novo Anno, S. S. Trinitatis et Festo S. Michaelis Archang.

Rector. Georg Kadassy, Pastor est evocatus ex Közep-Palojta hoc Anno 1741. et introductus pro festo S. Michaelis. Diligenter fungitur suo officio.

Rector Samuel Paulini A^o 1741 die 14 Junii introductus. In Zido pertinente ad DOMON, est Rector legens, Johan Fabri. Uterq; non caret suis defectibus, quos ut deponant et corrigant in melius, ad evitacionem scandali, diversis vicibus moniti sunt strictè.

In Comad noviter impopulatus est Pagus, inter tenet ex Evangelicis Notarium, qui simul preces facit et praelegit ex indultu Plebani Szüdenfis. Consulatum foret, si cultiorem et peritiorum obtinere possent Lectorem.

V. VISSITATIO ECCLESIAE FOJ.

die 20. Junii.

Knezovi, Pdez gest Rndus D. Johan Dubovszky, Cub. 9
Dena voz: Za kož trstiny. Offeri tri na Dlamnosti.
Od krstu, wacki qf. 1. Slepku, Ebleb, od oblastky a
Sobassa qf. 10. Od kazni fl. 1. od spivani qf. 5 Pri
Pobrebe.

Rectori Cub. 3. Dena pul koča: 3 Offeri treti Peniz,
od Pobreb qf. 5.

Inspector constituitur Andr. Aszody.

Cirkeroni Offeri tri, kazdy drugi Dvatek w Dlamnosti
et Dnica X. Trinit.

Pastor hic speciali industria Spect. Dni Samuelis
Bohus p. t. Hypothecarii introductus, ppter decrepi-
tam aetatem, ac minus sobriam vivendi rationem, indi-
geret meliori successore, qui plus edificaret. Illuc enim po-
pulus ad Sacra et Ministerialia concurrat ex Comat et
Palojta.

In

In Palósta Pastoris Salarium inscriptum est alibi.
 Rectorovi darvagu N. Cežek rečenemu, každy celi Gažda
 po kile žita: co se spraba po pol kili, y želir po pol ki,
 li: Tri wozi drewa z wozi čena. Trstini za voz, Datga 4 ki,
 li žita z Gačmena, Zabrada kapušnicu, konopisto obbra,
 dat a orat.

Cantationes in Soleñitt. Offertoria itidem, a funere Gr. s.
 Pro Ecclesia offertoria sunt quavis secunda Feria in solen-
 nitatibus. Pastor Fotensis monitus est ad diligentem visi-
 tationem Filialis istius, reciprocè Auditores ad exolvendum
 Salarium. Rector vero Seniculus, ad praelegenda Summaria,
 et vivendum concorditer cum Auditoribus.

VI. VISITATIO ECCLESIAE ČIJKOTA die 21. Junii.

Templum interne dealbatum et bene exornatum ē
 cum Positivo Musico. Parrochia Scholaq̄ noviter exstructa ē.
 Filialis est Čsik-Tarcsens. possessio, quae administra-
 tur per Sudi-Magistrum et Keresturiens. Dñi de Podmanicz-
 ky, unde Baptismata, introductiones, et Copulae huc ad Ma-
 trem administrantur. Funera autem in loco sepeliuntur ritu
 Evangelico cum Concionibus, ante domum luctus. Pro quo la-
 bore Pastor extra Proventum Scholarem |: Ob contradictionem
 Plebani: nil nisi aliquam discretionem habet.

Loco marsupii habent pixidem ante templum, utq̄
 instituant marsupium, monentq̄.

Signum crucis in funeribus solet praeferrī jam ab
 annis 6. ex praescripto Dñi Patroni Spect. Thomae Beniczky
 cujus Bona sunt.

Rūdus D. Andreas Apostoli praest. Vener. Contub. p. n.
 Fiscus. Laborat in Vinea Dñi ab 18. annis fideliter, sed cum
 magna patientia et circumspectione propter Domini natu-
 ram et Plebani vicini subtilitates.

Rector Scholae est Dan. Turdelius, hic in Schola ab an-
 nis 11. industriam suam navans

Biblia Slavica dixit se non habere, sed N. T. promi-
 sit se postea praelecturum suis discipulis. Reliqua requi-
 sita

sita boni et diligentis Rectoris peragit: Habet bonum numerum discipulorum utriusq; Sexus.

(: Observ. Plur. R. uti et reliqua negotia subsistunt.:)

Clenodia Ecclesie Zinkott.

Velamen Ara Sericeum viride, ligulis aureis ornatum.

Velamen Cathedra, Materia holoserica ceruleo-rubicunda, cum fimbriis Sericeis rubris.

Mantilia 6 Holoserica ad Calicem necessaria.

Calix deauratus 12. lapidibus rubicundis viridibus et albis ornat, ex Patrocinio Spect. Dna Anna Ostroluecky.

Quotidianum ornamentum Altaris pictum et Insigni Perill.

Dna Anna Ostroluecky ornatum. NB. Monentur serio

Pastor, Rector, Auditores.

Prjady vniweč obracene gšau a Zatašane

NB. Postquam Bömöriensem Ecclesiam emortuo Pastore Johanne Lany et Rectore in peste, ex levi arrepta causa, Baro Personalis Grasalkovitz armata manu Hussaronum No 1740 d. 29. Martii privasset exercitio publico, domumq; oratoriã cum tota Plebe resignasset Plebano Kerepeschiensi reliquia Evangelica excurrunt ad Zinkotam pro auditu Verbi Div.

Possessionis Csik-Tartsa filiatr Zinkotensis.

Deprehenduntur hic paria Evangelicorum No 30

Exhibent Dno Rev. Zinkotensi. ff. Rhen. 8. Lignor³ curr. 2. foeni Curr. 1.

Deprehensus hic homo scortator, indurate malitia ab annis jam 4. Scurra, raro domi, a potiori alibi mansionẽ habens. Moniti sunt Seniores Cõmunitatis ut eundẽ ad frugem revocent, nĩ ut Ethnicus et Publicanus ejici velit.

Sunt hic et discordes in matrimonio viventes, nimirum Palinkas, erga uxorem suam, personam alias et foeminã probam et honestam, brutaliter crudelis. Serio ergo monentur Seniores, uti et Dnus Rector loci Johan Strba ut animadvertant in tales, si excessum fecerint, et tentent emendationem.

Tenebitur Dnus Rector, Strba inatus, inter reliqua officii sui munia fideliter exequenda, diebus Adventus bis in hebdomade, meditationes de Incarnatione Jesu Christi,

ita etiam tempore Quadragesimar^{um} de Passione. Porro Lectio-
nes Summarior^{um} Semel in hebdomade, uti et in festis de-
cretalibus

Rector residet hic continuo ab An. 16 et pro posse suo ac con-
tento Auditorum servit.

Denegati erant Rectori ab annis 7. galligallinacei, de qui-
bus reducendis monitum est.

Ante paucos annos idem Baro Personalis Calvinianorum
templum existens a longo tempore, post mortem ordinarii
Pastoris clausit, successorem non concessit, campanam de Turri
sumptam suis applicuit usibus. Similem fortem metueba-
mus Exercitio Evangelico, sed Seniores Pagi dicebant suam
libertatem miti firmiori Privilegio Dñali, quam illor^{um}, nec me-
tuendum esse periculum.

VII. VESTITIO ECCLESIAE MAGLOR.

Templum muratum ad formam antiquam, paululum
angustum et remotum a Pago in colle situm.

Aram habet novam, est absq; Organo Chorus.

Campana 3. Maxima. 1. Cent. ₰ 13. expensis propriis ex
oblacione Auditorum. Minor circiter ₰ 40. aequè ex obla-
cione simili. Minima ₰. circiter 16. donata a Perill. quon-
dam Paulo Kajali Evangelico, idq; sub initium impopulationis.

Calix cupreus deauratus eleganter, et cancellata figura
de super argentea cinctus, cum patella deaurata, capacita-
tis media iustae. Compar. Rhenff. 53. Alter calix minor oxy-
chalcæus, capacitatis unius Sextarii. Adificia Parrochiae
et Scholæ et templi reparantur, a potiori expensis Audi-
torum. Mantilia holosericea 4. alia duo paulisper attrita.
Dni Terrestres Familia Fayana et Radaiana Reformat.

Duo Canthari stannei eleganter fusi, major capit me-
dias 2. quem obtulit quidam peregrinus 1733 Veber.
minor aequè dedicatus templo Maglodiensi 1740. capiens
unam mediam.

Campanula h. t. carebant, ergo institutum est et imposi-
tum illis, ut cum initio anni Ecclasiastici, faciant initium.

Offertoria 4. solebant olim administrari, sed hoc año inter-
mittantur, interim tñ iterum renovabuntur. i. e. 1. In Adventu.
2. Novi Anni. 3. Parascev. 4. Michaëlis.

Obs.

Obs. Pastor loci pratendebat 3 partes ex Eccl'ico offertorio, nullo nixus fundamento, sed rejectus est.

NB. Rñdus loci tenetur reddere rāones, levata pecunia ex oblationibus apud se detenta.

Pastor Samuel Nicletius circiter ab 30 annis Libros Symb. non hñ, impositum est ei, ut ad Calendas Januar^o compareret, sub multa unius Taleri, contra hunc populus multa multa permulta &c. accusavit.

NB. Deprehensus est hic homo, contemptor Ministerii Sacri, sed publice monitus, et convictus deprecabatur, et stipulata manu promisit vita emendationem. Deus ipsi sit propitius.

Rector Johān Paulini ab Anno 1713. acriter ei exprobratum est Scelus filiae Scortatricis, utq; uxorem vigilantiolem reddat in liberos, monitus est.

Taberna Auditor^o Vinaria clauditur ipsis sub cultu sacro.

Prjady Dervecke gšau do gruntu zapovedenē.

Causa Rñdi Nicletii, in negotio discordis conjugii

Fassiones Dñi Rñdi contra uxorem suam hæ erant:

Percussio. Infidelitas. Discursitāo p Vicinos garrulos.

Pecunia ablatio. Turpia Verba. Oblocutiones.

Rectificatio et Inductio Concordiæ, sub his conditionibus.

Generalis Amnistia et oblivio omnium, ne unquam objiciant.

Conjugum officia diligenter observent.

A Suspitionibus probè sibi caveant.

Fidelitatem in thoro, facultatibus teneant.

Quæ inter eos verba soepe mutuo dicunt, ad alios non divulget.

Abstineat utraq; pars a malediciis, scurrilibus, puerilibus, spurcis et honestos conjuges dedecentibus terminis.

Ad verbera nunquam descendant.

Marita orphanor^o portionem a Patre relictam conserveat, non augeat cum damno hujus Oeconomiam, sed licitum est, ex illa portione fructum aliquem sibi providere.

Oeconomiam modernam simul ita unanimiter tractent, ut honestè ex ea vivant, omnia enim inde acquisita, cōmunia sunt.

Privigni ab utring; Paterno affectu excipiantur sine obloquiis.

Maritus curet suum officium et libros; ad altitia et culinaria a semet non imisceat, per pagum non discurrat, sordidam tenacitatem fugiat, panem quotidianum arce non includat, nec victum familie debitum subtrahat, sed sit moderatus Inspector et Director Oeconomiam.

Marita autem Culinam et hospitalia officia ad genium et naturam viri sese accommodando administret, a spurcis verbis et indecoris, quae sunt fomes potissimus dissidii, serio caveat.

Reliqua autem ipsorum obligationi, pietati et honestati relinquuntur observanda, ad concordiae majus incrementum et futuram conservationem.

Si quis autem, sive maritus, sive marita, pacificationi et rectificationi huic proterve contra ierit, toties quoties in ff. 12. mulctabitur.

VIII. VISITATIO ECCLESIAE BENYE.

Templum internè accuratè dispositum, sine organo, cum Altari adnexis duabus Campanis, quarum Major habet $\text{t. } 193$ minor circiter $\text{t. } 80$

Parrochia Edificium bonum, Scholae aequè.

Dñus Terrestris Perill. D. Michael Fay, in Ecclia habitat Perill.
Dñus Sigismundus Körtösfy, Vexillifer S. Aegiminis Pesthensis contra Borussum.

Calix cupreus deauratus, capacitatis mediae justae, s lapides desuper cerulei viridis et rubicundi coloris continens, in medio 3. quasi Adamantes exhibet, cum patella deaurata.

Item Calix stanneus cum patella argentea pro agris. Mantilia 15. varii coloris et pretii. Antependium pro Cathedra ex materia Carthun dicta: ejusdem materiae per duo antependia pro Altari et Cathedra, cum variis mappis.

Pixidem habent ante oratorium expositam, pro necessitate Ecclesiastica. Impositum est, ut companula fiat.

Rñdus Dñus Paulus Karnik a S. quadrantibus anni in Ecclesiam introductus, facit sua diligenter.

Circa convivia nuptialia ^{Præcipuis} p coquas ^{stulta} consuetudo tollitur. Rector Matthias Michaelides a semestri Schola et discipulis sunt in miseria. &c. Monitus est graviter, ut officii sui memor, juxta Methodum docendi præscriptam a Domino Seniore literas et mores inculcet, discipulos quorum Numerum multiplicare tenebitur per diligentiam.

IX. VISITATIO ECCLESIAE PILES.

Dñus Terrest. est Illustrissimus Dñus Johanes de Belernay
Calix est unus argenteus et deauratus cum ornamentis variarum figurarum, supra et infra, cum patella aequalis materiae, capacitatis unius planè mediae, comparatus $\text{t. } 1737$ sumptibus Ecclesiae: alter stanneus minor pro aegrotis. Præterea

pelvis

pelvis stannea pro Baptismo, duo quoque Canthari stanei. Mantilia tria linea, duo holosericea, altera duo semisericea, variis distincta coloribus. Campana sunt duae, Major ponderat 140 lb. Minor constat ex 40 lb. expensis Evangelicae Communitatis comparata. Oratoria domus est sine Altari et organo, Filiales sunt nullae, sed Baptismata, funerationes et Introductiones pauperarum administrantur venientibus ex Prædio, præcipue Nyar Egyhar. Offertoria pro Ecclesia sunt tria.

Pastor loci est R. Dn. Adamus Bartholomæides Venerabilis, nunc Fraternalis Senior, a 7. annis præest Ecclesiam eamque ingressus est Anno 1737. d. 7. Aug. In functione officii sui pro contento est auditoribus.

Notarius loci Andreas Neogradi sinceritatem in fide, devotionem in cultu Sacro Ecclesiastico, crebriorem usum Venerabilis Sacramenti, et obedientiam suo Pastori a modo in possessione sancte manu stipulata promisit.

Rector Scholæ est Hum. Dn. Thomas Dobak ab Anno 1723 et die 3. Febr. introductus in Scholam, cujus discordia cum Pastore loci composita est. Sed Casus, ratione Scholastici cuiusdam, jussu ejus ad molendum missi et ibi a rota occisi, tanquam majoris momenti relictus est in suspensio.

X. VISITATIO ECCLESIAE ALBERT.

Ecclesia est Terrestris Dominus Patronus Baro Martin Selezky, excurrit huc pro devotione Perill. Dominus Alexander Kubiny.

Templum seu Oratorium interne bene dispositum. Calix argenteus, interne deauratus, capacitatis plus quam medii Sextarii cum patella.

NB. Tenebuntur procurare Calicem minorem pro aegrotis stanneum. Mantilia 16. varii coloris et valoris, sericea et lineae. Cantharus staneus mediarum 5.

Campane 3. Major Centen. 3. lb. 16. secunda Cent. 1. lb. 15. Tertia lb. 40. Pecunia totius Communitatis Evangelica comparata sub Ministerio Rendi Domini Apostoli p. t. Senioris.

Offertoria habent 3. Administratio proventuum fit per Adilem et Pastorem. Tintinabulo carebant h. t. Ergo institutum est. Rendi Sam. Thespedik ab anno uno et semestri docet plegit Catechizat diligentissime pulchro cum fructu. Non hnt Auditores ad excipiend.

Hum.

Hum. Dn. Johān Simonides ab annis 17. peragit officium suum, ad praescriptum Dni Rndi diligenter, habet discipulos ultra 50, et ut eodiligentiū sine Didactro informaret pueros, habet ordinatum Stipendium a Dno loci B. Mart. Szeleczky.

Causa Rev. Tessedik.

Præterea in Congregatione hac revisa est causa R. Dni Senioris Johān Schmid, contra R. Sam. Tessedik p. n. Albertiens. V. D. Ministrum, qui Superiori anno ex pura ambitione, et contentionis pruritu Terminis injurijs, licentiosè et calumniosè scribendo, eundem aggressus est, indeq; magna comotio pro et contra suboriri debuit: Hinc ad compescendam insolentiam ejus et reducendam pacem Splis Patronus et Inspector Johān Podmaniczky latam Alma Fraternali nostræ punitivam Sententiam contra R. Sam. Tessedik approbavit, in qua dictabatur ei poena, loco multa in pecunia Rhenfl. 24. pro Fisco, tandem quicquid scandalosè contra Dnum Seniores et reliquos Confratres scripsisset, revocare teneretur, deprecando partem offensam in reconciliationem disgustati animi, et ut sponderet, a modo in posterum vitam in Fraternitate pacificam, et a similibus totalem abstinentiam. Hac omnia sunt deliberativè comprobata, et Rndo Fiscali, ad executionem realem comissa in exemplum aliis.

XI. VISITATIO ECCLESIAE IRSCHE

Pastor Georg. Matthæi a 9 Mensibus, monitus in multis ritualibus. Oratorium sine Ara et pavimento habent.

Familia Tassy, Irjay et Varesckay cum aliis compossessoribus sunt Terrestres Dni.

Calix argenteus figuris juxta artem satis affabre exornatus sine deauratione, cum patella argentea, capacitatis media juxta, expensis Comunitatis Evangelicæ procuratus. Alter vero calix orychalceus pro egrotis. Mantilia 4. Holofericea diversi coloris, ut pote: rubrum, ceruleum, et duo viridia et duo lintea. Antependium pro mensula loco Altaris posita, ut et ornatum pro Cathedra tenebitur procurare.

Campanam unam habent ₰ 45. comparatam pecunia Auditorum. Schola defectibus laborat, reficienda. Pastor solet aliquando ad Prædium Gyon cum Vrabili Sacramento et concione ultima feria excurrere. Tintinabulum instituat. Ofertoria duo habent.

De Rectore.

Johan Georgiades est a duobus annis. Leges habebat in con-
vulsis Schedis, cui impositum, ut pure describat, idq; omnes tum
Pastorales tum Rectorales.

Accusabatur negligentiae.

Imponitur ei, ut quotannis instituat examen coram Pastore
loci et Senioribus.

Contra Viduam relictam Apostoliam, injuriose locutus est,
pro quo mulctatur in procuratione tintinabuli seu crumena
Ecclētica, et deprecatione instituenda.

XII. VISSITATIO ECCLESIAE APASTOG.

die 21. Novembr.

Circa auditorium monitum est, ut majori industria prapa-
retur et ornatur et restauretur: Parrochia sepimento meliori
munitur. Schola ex loco paludoso translata edificetur propius ad
Parrochiam.

S. Terrestris Incl. Fam. Raday, Fay et Zlinsky.

Campana una ₰ 60. constat ₰ 60.

Calices duo, unus cupreus deauratus, alter staneus, capacita-
tis equalis.

Mantilia sex holosericea, coloris viridis caelestini et rubicundi;
Mappa linea 3. et antependia plenitatum pro Cathedra duo
ex linteo versicolore.

NB. Ex piis Legatis in peste demortuor³ tertiam partem pra-
tendebat et actu levavit ex quibusd. Andus Suhajda, ut et
Dnus Rector ex eo tertialitatem levavit; nescitur quo jure
et more. Ven. Fraternaliter decidat. Habent porro varia Privile-
gia scripta Dnorum Terrestrium.

Campanula h. t. caruerunt, impositum est ut procurent,
et quavis Dominica utantur. Offertoria Ecclē 4. habent.

Pastor loci est R. Sam. Agner³ a festo S. Bartholomaei hu-
jus anni hic residens.

Qualibet septimana bis legantur Summaria.

Servilis quaedam reperitur lasiva, multis sese prostituens
sed ob defensionem Dni Terrestris, apud quem servit, ad Disci-
plinam Ecclesiasticam trahi non potest.

Rector Johan Bolemani ab Ao 1729. die 22. Julii.

Methodus docendi per singulas Scholas a Ven. Ont. praescribitur factum est.

Penes Ecclē non est feramentum, crumena instituetur.

Mone,

Monebatur ad majorem diligentiam prestandam circa in-
formationem discipulorum.

Transactio cum Vidua.

Ze siary cistebo Ozimnebo Prodanebo po dva zlate, Krava
Polovic Prichazi ninegšimu & Hararovi, a to menšuras
majores Pešt. 8. et Cub. Pofon. 1. Etere ma fami vidova na-
vratit; ale gestte fan Harar, za rozličnu utrova Pri Zatro
a tlače vcinenu, fowinen gest navratiti & vrodove gvo z.

XIII. VISITATIO ECCLESIE EGYPTI

In Oratoria domo, propter concursum peregrinorum, de-
sideratur Chorus amplior, Ornament. Ara, nimirum Historia
Servatoris nostri, in imagine pictura.

Patronus Ecclesie et loci Szaraziani Posteri Barones sunt.
Calix argenteus supra deauratus, cum patella, comparatus
ab Ecclia fl. 52. pro adportatione Vini mediar³ duar³. Bapti-
sterium continet pelvim.

Ad Calicem mantilia holosericea rubra, viridisq³ coloris 3
et aliquot alba. Item Calix stanneus pro Agrotis, capacita-
tis media justa.

Antipendia pro ornatu Ara et Cathedra ex variis diver-
sicoloribus mantilibus confuta. Campana due. Major facit
170 fl. minor 45. fl. comparata ex oblaone Ecclesie domestica,
potissimum autem ex advenar³ et legatis piis.

Crumena in templo h. t. carebant, sed comparare pmiserunt.
Offertoria Ecclia duo, pro Novo Anno et S. S. Trinit.
Pastor Johan Stanowsky, circiter ante tres quadrantes
anni noviter ordinatus. Si priora posteriori errore non com-
maulasset omnia cum industria, laude, modestia applausu
tractans, circa officium.

Sumaria Biblica huedum negligebantur; impositum
igitur est Dno Rndo, ut diligenter inquirat in codicem
illum et prelegat populo.

Tria paria reperiuntur alienae Religionis, qui tamen
exolvunt Presbyterum uti et ceteri, eorum tamen liberi
sunt nostra Confessione addicti.

Rector Isaacus Benedicti, qui amovetur ob varia,
idq³ auctoritate solius Ecclie, novusq³ introduitur eadem
voluntate. Prescribenda ei Methodus docendi e a Pastore do-
mestico.

N. Rndus

Nb. Rñdus Georg Matthai in Ecclesiâ Eglyharz venie legitime
vocatus ex Kis-Birintsek hō 1733 Dñica S.S. Trinitat. i. e.
2. Junii

Nb. Ministro loci impositum est ad evitacionē incommodorū
ne ante medium annum permittat viduos nubere, vel unum
quadrantem.

Observ. pro memoria R. D. Cl. futuri Successoris.

Siquidem in facie loci Parrochialis Antecessor R. Dñus Georg
Matthai, qui abiit evocatus hō 1741. die 9. April. ob non com-
pletos duos menses, Rñdo Dño Successori Johań Stanovskij
per amicabilem et legitimam divisionem restituere et com-
planare debuisset Titulo Sextalitat. ex metretis cub 14. u.
num currum foeni, pro Seminatura autumnali fl. 7. alius
duobus defalcatis pro Semine Autumnali; Rñdus vero Suc-
cessor vigore equalitatis ex vernali Seminatura Antecessori
restituisset Cub. 12½ Ideo per Seniores deliberativē est inven-
tum et admissum a partibus, et presente Cōmunitate, ut R.
Cl. Stanovsky imposterum suo, cuicumq; Successori, teneatz
perinde partem Sextam ex prespecificatis rebus, sic etiam
de vino annuo Sextam illam partem sine omni contradi-
ctione extradare. Terminus autem Adventus moderni
Pastoris, computabitur a die 2. Mensis Junii Anni 1741.
Dat. in Eglyharz, tempore visitationis Senioralis Anno 1741.
die 20 Novembri.

Prijadly vnivěc gšau obracene a zapovedene.

XIV. VISITATIO ECCLESIAE HARTHA.

Loci Pastor Leopoldus Tiefftrunck ab annis 8.
pro reparatione Oratorii collegit a Legatis Vien. Tal. 100.
Cetera curantur ex proventibus Cōmunitatis. Oratorium
satis comodum et cultum purum, utē et hospitium Dñi
Rñdi. Auditores sunt meri Germani ex Imperio

Habent et campanulam: Nulla Offertoria.

Nb. Desiderabat hic Cōmunitas a Rñdo suo, decentiorem
modestiam, patientiam, humanitatem, cujus carentia in
Pastore, causaret in Auditoribus animorum alienacionem.
Rector Johań Jacob Kuntz in presentia Cōmunitatis et
nostri, honeste valedixit. In hac possessione intermixti erant
aliquot

aliquot Coloni Slavi, volentes exercitium Sacrum habere
sua lingua, intertenebant tenui in Salario Rectorem Mattheum
Benkovitz dictum; Verum Pastor loci indiscrete satis contumaciter
dicebat, impediendo aucionem Slavorum, cupiensque attrahere
ad totalem sibi solutionem. Quare sine dubio ob odium
istud dispersi sunt, et cessare debuit inter paucos exercitium.

XV. VISITATIO ECCLESIAE KIS-BIRNYTSEK.

De Ecclesia. Domus precatória post ruinam prioris, ex
incocto latere restaurata est comòde, ad formam quasi temporariae
si licuerit propter invidiosos, ad finem suum et usum deducetur,
pro utraq; natione Slavica et Germanica, cura et beneficium
vicinarum Ecclesiarum exstructa est.

Dominus Terrestris et Patronus post mortem sui Patris est
Franc. Liber Baro de Harucher.

Ornamenta Oratorii pauca sunt, quia haec Ecclia est plantata
tantum ab Anno 1722. Calicem habent parvum cum patella,
et Mantili holosericeo. Plura provisuri Deo adjuvante.
Campanula pro fl. 25. comparata est a Comunitate Evangelica
Parrochiam ampliorem et comòdiorem edificare promittunt,
ut et contegere Scholam arundinibus.

Tintinabuli usus non fuit, sed introductus est.

De Reverendo. D. Rndus Daniel Burjan pro Pastore
vocatus est in hanc Eccliam et primum Ordinatus fl. 1737.
festo S. Gregorii.

Preces quotidie bis apud utramq; nationem tenebuntur,
Summaria Biblica quolibet die Jovis perlegentur.

De Rectore. Rector Scholae est Daniel Nicletius ab Anno
1737 Mense Martio introductus. Magna negligentia ac
cusabatur ab Auditoribus.

NB. Germanica Natio suscepit Praeceptorem pro suis liberis
et petit, ut, quae prius in ordinarium Rectorem solvit, cedant
in hunc suum Substitutum Praeceptorem.

XVI. VISITATIO ECCLESIAE CSABA.

Anno 1742. die 15 Julii.
Csabensis domus precatória propter imminenter parietum
ruinam

ruinam ex inustis lateribus constantium, desiderat restaurati-
onem, quam promittunt Auditores, ubi eis indultum fuerit.

Loci Dñus Terrestris et Protector Ecclē est Illust. Dñus L.
Baro de Harrucker.

Antependia Altaris et suggestus funi Holosericea diversi colo-
ris.

Calix reperitur argenteus deauratus et variis ornatus fi-
guris cum patella simili, capacitatis unius justae ab hō 1735
pro 85 Rhen. constans ex Unciis 53. Datur itidem alius Ca-
lix staneus pro media justa. Antharus item staneus duar
mediarum. Mantilia varii coloris sericea sunt 4. Altare
elegans cum Positivo Musico. Campanae sunt 4. Major con-
stat ex Centenariis 4. Centenarium computando per fl. Rhen.
70. facit in toto fl. 280. Altera campana fusa est ex duobus
et medio Centenario, pro 230 Rhen. Tertia campana con-
stat 107 fl. Quarta plus minus Centenario. Omnia haec com-
parata sunt expensis Auditorum

Filialis nulla est, sed habet Ecclē offertoria tria. Primū
Festo S. Johannis Baptista; secundū S. Michaelis; et Tertium Festo
Trium Regum.

Pastor Loci est Rñdus Dn. Samuel Burjan ab Anno
1728. die 10. Mensis Maji, laborans in hac Ecclē, estq; pretere-
a in Alma Fraternitate H. H. S. S. S.

Respectu doctrinae vitae, functionis, morum ut et Fami-
liae, omnia sunt ab Auditoribus collaudata. Sed demum displi-
centia orta est.

Ludi Praeceptores erunt duo collaborantes et cointelligen-
ter ad invicem pro aedificatione et utilitate Juventutis, ut po-
te Senior H. Dñus Daniel Fabricius, cui Organum, Chorus,
Puellarum et infima Classis puerorum committitur fidelis in-
structio. Junior autem erit Martinus Joānides, cui tanqm
agiliori conceduntur caetera superiores Classēs ad Methodi-
cam et sedulam instructionem.

Post Visitorum abcessum dum omnia paccata et in bono
ordine reliquissent, Joānides astute insidias struens Pastori
magnam et diuturnam Tragediam excitavit, in partes su-
as attrahendo incautum Fabricium, et de Plebe a potiori
qua discordia publica congregatione revideri debuit in Domon
et propter Qualitatem Cause, observatosq; aliquot excessus, Pa-
stor et Praeceptores mulctati sunt extra dato superinde scripto ut
in posterum concorditer vivant; sed inobediens Praeceptor n. quiescebat.

XVII. VISITATIO ECCLESIAE SZARVAS
Anno 1742 die 17. Julii.

Oratoria domus in Szarvas est ad formam quadranguli, in vallo olim Turcico exstructa de latere luteo, et jam in parietibus et angulis ad ruinam properans; Intendunt tamen Auditores omnia restaurare, si ipsis concessum fuerit; Interne pictura ad instar Templi alicujus reperitur et altare elegans, sed absq; organo Musico, quod tamen pollicentur procurare.

Patronus est is, qui in Gaba Ill. Dñ. C. B. de Harrucker. Calix datur argenteus, deauratus cum patella, satis amplius ultra unam Mediam flō 1737. Rhenff. 79. comparat, expensis totius Ecclesie. Alter Calix simplicior est ex lamina pro Agrotis. Canthari duo Stanei; Major capacitatis 3. justarum, alter mediae justae.

Campanae sunt 3, noviter fuse: major constat sesquicentenario; mediana ex uno, et 11. fl. pro Rhenff. 100 et 11. Minima ex 75. fl. singulae sunt comparatae expensis Communitatis.

Reperiuntur praeterea 9. holosericea mantilia varii coloris.

Campanula providebitur, quā colligentur expensae. Offertoria habent 3. Eccles singulis Solemnitatibus.

Rūdus Loci est Matthias Markovitz pro nunc absens, introductus in Ecclesiam ante 8 annos pro festo S. Martini.

Præceptores Scholae sunt duo, unus N. Farkas a multis annis ibidem in Juventute informanda comorans, quæ cum sit copiosa, et solus propter virium et pedum imbecillitatem non sufficit satisfacere Vocationi; adjunctus est ei minor Præceptor et Subalternus, qui Salario sibi ordinato contentus adjuvat priorem. Presentibus nobis Examē produxerunt cum Juventute per Casses, satis laudabile specimen diligentiae ediderunt, in hoc unico delinquentes quod omnia materna lingua proponant; Latina vero lingua negligitur et ignoratur. Sed comonefacti, sponderunt in Schola simul latina colloquia et exercitia adurgere, more recepto in omnibus Trivialibus Studiis.

Hoc memorabile in Szarvas est, quod Rectoris hospitium
edificatum est aliquando a Turcis, Præsidium ibi et Balneum
habentibus; Templum vero cum Parrochia intra vallum e-
recta sunt, ubi olim terribile inclamabatur *Halla, halla,*
ibi jam nunc intonatur *Kristiano - Evangelicum Hallelu,*
jah!

The members of the Society of Friends
in the year 1800 were 1000
in number and the same year
the year 1800 was a year of
great distress to the Society
of Friends in the United States
and the year 1800 was a year
of great distress to the Society
of Friends in the United States
and the year 1800 was a year
of great distress to the Society
of Friends in the United States

II.

VISITATIONES ECCLE

SIASTICÆ S. R. et Exc. Dñi

IEREMIAE PILARIK

Dioceseos Montanae Superin-
tendentis Secundi.

I. VISITATIO ECCLESIAE O-

STADLVCENSIS, facta Anno 1742.

d. 12. Nouemb. Presentibus, An̄do et Cl. Dño

Michaele Pögllo, Eccl̄æ Schemnitzensis Natio-
nis Germ. Pastore Primario et Scholarcha.

Perillustribus item ac Generosis Dñis Patro-

nis: Dño Stephano et Dño Adamo Odro-

lucky de eadem et reliqua, ceterisq; Dñis

Patronis et Eccl̄æ Membris.

Ecclesie huic praest Rndus et Car. Dn. Georgig
Fabri, cui Inclytus Patronatus et tota Cōmunitas testi-
monium sanae doctrinae et vite probae exhibuit. Idem ve-
ro Dñus Rndus, quam Dñis Patronis tam reliquis studi-
toribus, obedientiae, beneficentiae, honoris et liberalitatis
testimonium prebuit.

Templum recenter exstructum et hac occasione videt.
precedenti 11. Nouemb. qua in 25 Dñicam Trinitatis
et Festum S. Martini incidit, consecratum laudabiliter
aedificatum est. Domus quoq; Parrochialis in fundo Curia-
li existens Anno precedenti exstructa in bono statu adinven-
ta est. Templum vero in fundo per Regni Cōmissarios exciso, ex-
structum est.

Sacram templi Supellectilem quod attinet: Habent unum Calicem Specialem argenteum deauratum cum patella argentea deaurata: Alterum Cupreum cum patella cuprea; Item unam Canam staneam, duas Albas comodas. Antipendia duplicis ordinis pro Cathedra et Altari diversi generis. Item pyxidem argenteam exiguae quantitatis, qua Hostia pro aegrotis asservari solent: Item Septem mantilia sericea diversi coloris.

NB. Conclusum est ut Calix Miavia per Dñum Rndu Bolemani allatus ac per Drsenicenses detentus per Inclytum Patronatum Ostrolucensem repetatur, et in Ecclesia Ostrolucensi conservetur, hac expressa cautela, ut Miavienses felicioribus Deo volente temporibus, eundem repetere et recipere valeant.

Ecclesia praeter liberas Christianas oblationes proventus nullos habet.

Proventus Dñi Rndi sunt sequentes: Inclyta Familia Dñorum Ostrolucky, usibus praesentis Dñi Rndi tanquam peculium suum proprium et non Eccleae fundationem, ad liberam suam futuram dispositionem Decimam tam ex agris colonialibus exceptis duabus cum dimidia colonialibus, quam etiam terris extirpatitis in territorio Ostroluka una cum fundi colonialis Jonassonska dicti terris et pratis, sicut etiam hortum suum proprium ad aedes Parrochia obtulit, Omnia quocumque tandem tempore, tanquam proprium peculium ad liberam suam dispositionem. Habet praeterea idem Dñus Rndus ex dimidio territorii Paramberzencensi Decimam, et idem ex speciali gratia Perill. Dñi Adami Ostrolucky. Denique offertoria et Stolum consuetam.

Humanissimus Dñus Rector Martinus Majersky partem tertiam ex accidentibus Confitentium et Offertorium accipit. Cantationes consuetas habet. Decimam ex duabus colonialibus cum dimidia ex speciali gratia Perillustrius Dñi Ostrolucky percipit. Metretas ordinatas habet sequenti ordine: Ab integra coloniali medium cubulum antiquae Neosoliensis mensura. Autumnalis frumenti consequenter

a media colonicali quadrantem cubuli; ab inquilinis me-
dium quadrantem et sic porro adsignatum habet. A funere
cum Concione grossos 8. a quolibet pulsu grossos duos. A funere
cum gratiarum actione, gross. 6. Item Nummos Baptismales
ipse levat.

Determinatum est, ut causa cultus divini publici devotius
obeundi, copule cum Nuptiis, die Martis instituantur, et ad
contrahendos sumptus in quibus pleriq; cum detrimento sue
substantia profusi erant, Nuptie ultra duas dies non pro-
trahantur.

Quam Dñus Rñdus tam Auditores sui officii Christiani
sunt admoniti, quibus peractis, data benedictione discessi-
mus.

Coram me Ladislao Tolnay
J. Ottus Zolienf. Judicum (L.S.)

Coram me Alexandro Vachott.

II. VISITATIO ECCLESIE PARAMSZE,

giensis facta A^o 1742. die 14. Nov.

Presentibus Dñis Patronis, puta: Spe-
ctabili Dño Adamo Roth, ut et Specta-
bili Dño Georgio Radvansky, nec non
Adm. Rñdo et Car. Dño Georgio Fabri
V. D. Ministro Ecclæ Ostroluc.

Ecclē huius præest Adm. Rñdus et Car. D. Paulus
Szeverini ab aⁿis 30. Cui J. Patronatus testimonium
sana doctrine et vite probæ exhibuit.

Proventus ut ipse Dñus Rñdus certos et fixos nullos
habet, sed tantum ex speciali gratia et munificentia Do-
minorum Patronorum vivit et sustentatur; ita etiam ipsa
Ecclā præter liberas Christianas oblationes, nihil habet.

Quod attinet Supellectilem Ecclesiasticam, habet Calices
quatuor argenteos deauratos, quintum verò purè argente-
um: Patellas tres argenteas deauratas, quartam purè ar-
genteam. P^{er}cidem argenteam intus deauratam: Antipen-
dia sericea auro et argento distincta pro Altari et Cathedra
tria

tria, quartum vulgare. Mantilia vero partim sericea, partim vero auro et argento distincta circiter viginti.

Humaniss. Dñ. Rector Johaⁿ Besterci, non nisi a Dñis Patronis gratiosè sustentatur.

Ut in aliis Ecclesiis, ita etiam in hac determinatum est, ut Opula Sponsorum & Nuptia non die Solis, sed die Martis, causa cultus divini publici devotius obeundi, instituantur, & ad contrahendos sumptus, in quibus pleriq; cum detrimento suæ substantia profundebant, Nuptia ultra duas dies non protrahantur.

Ut hactenus laudabilis Absolutio a peccatis in praxi erat, ita et in posterum contineretur.

Catechisatio presertim Extraneorum, tam juniorum, quàm adultiorum, durante Absolutione, tota Æstate per Dñum Rectorem in Schola instituat.

Quam Dñus Rñdus, tam Dñi Patroni sui officii Christiani sunt admoniti, quibus peractis, data benedictione discessimus.

III. VISITATIO ECCLESIAE BOCZA= Banyensis facta A^o 1742 die 19. Novemb^r. Presentibus Dñis Patronis et precipuis Civibus ac Commembris Ecclesie.

I. DE REBUS ECCLESIASTICIS.

Ecclesie huic præest Adm. Rñdus et Car. Dñus Paulus Reberius ab annis 24. Cui Dñi Patroni et tota Eccl^a testimonium sanae doctrinae et vitæ probe exhibuit.

Determinatum est, ut die Solis non patiantur forum victualia vendendi et emendi; verum ad laborabunt, ut die Sabbathi et aliis diebus profanis id fiat.

Orationes quotidiana in templo hactenus intermissæ, sunt introducta et confirmata, singulis diebus mane peragenda.

Maledicta et pejerationes Magistratus Civitatis puniat.

Saltus nocturni sunt exterminati: tribus vero vicibus per annum licentia prius impetrata juventuti honestam recreationem ad vesperam usq; Magistratus concedet.

Baptis.

Baptismus infantum non differendus, sed quanto otius ad ministrandus.

Nuptie nunquam die Solis causa publici cultus divini de votius obeundi, sed die Martis instituantur. Neosponsi cum aliis invitatis ad preces matutinas veniant, et finitis precibus statim copulentur. Nuptie autem ipse ad contrahendos sumptus, in quibus pleriq; cum detrimento sue substantie profundebant, ultra duas dies non protrahantur.

Catena Neosponsis in platea preponi solita, per Magistratum abroganda: Musici vero cum Hajnal vulgo dicto matuturè obeant, et cum Neosponsa statim ad preces matutinas pro introductione compareant, nec postea domatim ambulent.

Orationes ante et post cibum a nonnullis neglecte introducuntur, utq; ea semper in praxi fiant, Dñus Rñdus invigilabit et Parentes soepius admonebit.

Sepulchrorum fossor per Magistratum monendus, ut sepulchrum, in quantum fieri potest, profundius fodiat, nec corpora, que nondum corruptionem acceperunt, ejiciant.

Dñus Rñdus in posterum juxta cursum Evangeliorum Conciones instituat.

Catechesis D. M. Lutheri doceatur diebus solis et precipuis diebus Festis, a meridie unam partem Catecheseos prius publicè ex Cathedra explicando; finito vero cultu vespertino, statim juventutem non in Sacrario, sed publicè auscultantibus omnibus informando, diu non protrahendo; cum juventute semper orationes matutinas et vespertinas ante et post cibum repetendo.

Scholam qualibet septimana insperatè semel visitet, & de profectibus docentium et discentium diligenter inquireat.

II. De Proventibus.

Dñus Rñdus habet Proventum sequentem: Parate pecunia annuatim flor. Hung. 80. Quatuor Offertoria, nimirum, in Natali Christi, in Novo Anno, in Festo Resurrectionis Christi, et in Festo Pentecostes. A Baptizatione Polt. 4. Ab Introductione puerpera Polt. 4. a Copula Polt. 8. a Sepultura cum Concione Denar. 50. sine Concione 29. Ligna flor. 3. Adhuc ad Parrochiam spectantia prata vulgo Zemjanská, Hradečká, Divná, musta et penes Parrochiam hortulus pro sativis et graminetum.

Humanissimus Dn Rector Israël Cerei, habet annuatim flor. Hung. 29. Cantationes 12. singulis Mensibus, praterea in Festis Sollemioribus Cantationes peculiare, et offertoria semper Secunda Feria, item Hostiationem: ex mola $1\frac{1}{2}$ corum tritici. Cantationes rursus in Festo S. Martini, Blasii et Gregorii. A discipulis singulis Quatuordecimbris 9. 29. Loco foeni ab Ecclesia accipit quotannis flor. Hung. 14. A funere, quod cum Concione absolvitur, levat grossos 9. sine Concione Grossos 2.

Proventus Ecclesia nullos habet, prater collectionem Campanula et liberarum oblationes Christianorum, atq; unum offertorium in Festo S. S. Trinitatis.

NB. Debita Ecclesia concessa, quanto otius per Inspectores colligantur, et in posterum nunquam privatis Personis concedantur, verum in loco convenienti conserventur, et quotibet Anno super redditibus Ecclesiae rationes exigantur.

III. De Sacra Supellectili.

